

1323.

49

## XV.

Successiones haereditatum, quocunque modo evenerint proximo secundum leges et canones succedant<sup>99)</sup> successori, nisi discedens cum consilio rectoris in ultimo testamento aliter duxerit<sup>100)</sup> ordinandum, transgrediens aut in<sup>101)</sup> contrarium<sup>102)</sup> et violentiam faciens, poena viginti marcarum a iudicibus puniatur.

## XVI.

Omnes sententias diffinitivas<sup>103)</sup> quae vulgo ferdbant<sup>104)</sup> nuncupantur inviolabiliter<sup>105)</sup> statum observari, nisi per iudices successores et quatuor clericos meliores et doctores<sup>106)</sup> et unum praelatum districtus illius necessario et necessitatis evidetia iusto tamen modo fuerint transmutandae.

## XVII.

Si quis autem homicidium post compositionem et osculum pacis perpetrarit<sup>107)</sup> a patria sua per annum proscribitur maneat, papam et non alium visitet absolvendus.<sup>108)</sup> Castrum autem, si quod habet<sup>109)</sup> destruat, domus vero<sup>110)</sup> lignea, quam habuit<sup>111)</sup> sententia<sup>112)</sup> iudicum publicetur.

## XVIII.

Mutilationes membrorum volatiliu<sup>113)</sup> ex indignatione factae,<sup>114)</sup> utpote oculorum, pedum, manuum vel labiorum<sup>115)</sup> puniantur sicut<sup>116)</sup> de homicidiis est praemissum.

## XIX.

Conspiratores contra rempublicam et ordinationes praedictas poena viginti marcarum puniantur et conspirationes eorundem sub eadem poena praecipimus<sup>117)</sup> aboleri.<sup>118)</sup>

## XX.

Fratres ordinis Praedicatorum et fratres<sup>119)</sup> Minorum et fratres de Stauria, dummodo discretos (fratre Pholberto<sup>120)</sup> penitus excluso) immiserint<sup>121)</sup> admittere decrevimus et statuimus ad petendum nec alios admittimus nisi completa petitione praedictorum.

## XXI.

De moneta, Turonenses,<sup>122)</sup> de Anglia sterlingos,<sup>123)</sup> Monasterienses<sup>124)</sup> seu Osnaburgenses,<sup>125)</sup> Lovanienses,<sup>126)</sup> Dordracenses, Hallenses et cophinos<sup>127)</sup> argenteos et rotundos, milites vulgo ridders<sup>127a)</sup> et volucres vulgo vliegers,<sup>128)</sup> denarios<sup>129)</sup> admittimus. Turonense pro quatuor Monasteriensibus vel Osnaburgensibus vel pro tribus sterlingen<sup>130)</sup> novis de Anglia computato.<sup>131)</sup> Solidum autem sterlingorum novorum<sup>132)</sup> vel quatuor Turonenses pro quindecim Monasteriensibus<sup>133)</sup> seu Osnaburgensibus, qui vulgo neye penningern<sup>134)</sup> nuncupantur, computamus. Duodecim

<sup>99)</sup> α β γ δ ζ cedant. <sup>100)</sup> Msc. dixerit. <sup>101)</sup> β γ δ ζ autem vel in, ε autem. <sup>102)</sup> α β γ δ ζ fügen agens nach in contrarium hinzu. <sup>103)</sup> Msc. u. β definitivas. <sup>104)</sup> α β γ δ ferdban. <sup>105)</sup> β γ δ inevitabiliter. <sup>106)</sup> Msc. dictiores, ε ditiores, ζ fehlt doctiores et unum. <sup>107)</sup> α β γ δ perpetraverit, ζ perpetravit. <sup>108)</sup> Msc. absolvendi. <sup>109)</sup> ζ quid habeat. <sup>110)</sup> ζ autem. <sup>111)</sup> β γ δ quam habet. <sup>112)</sup> ζ sententia diffinitiva. <sup>113)</sup> α γ δ notabilium, β mutabilium. <sup>114)</sup> Msc. factas, ζ fehlt. <sup>115)</sup> α γ δ nasi vel, β nasi et lab. <sup>116)</sup> β ut. <sup>117)</sup> α β γ δ ζ penitus abol. <sup>118)</sup> β γ δ abolere. <sup>119)</sup> α β γ δ et ordinis minorum, ζ fratres ordinum mendicantium, maiores et minores, et fratres. <sup>120)</sup> α β γ δ ζ Folperto. <sup>121)</sup> α β γ δ miserint, fehlt bei ε, ζ mittent. <sup>122)</sup> Msc. und ε Thuringenses, bei α folgt et. <sup>123)</sup> β sterlingers, γ δ sterlinges, ζ et sterlingos. <sup>124)</sup> α β γ δ ζ et Mon. <sup>125)</sup> α ε Osnaburgenses, bei β fehlt seu Osnab. <sup>126)</sup> fehlt Msc. und ε, ζ Lovenenses. <sup>127)</sup> α γ δ ε ζ copkinos, β copeinos. <sup>127a)</sup> α β ridders, vulgo r. fehlt ζ. <sup>128)</sup> α fliegers, β γ δ ε vliegers, vulgo vl. fehlt ζ. <sup>129)</sup> fehlt Msc. <sup>130)</sup> ζ sterlingis. <sup>131)</sup> Msc. computatis. <sup>132)</sup> γ δ minorum, fehlt ε. <sup>133)</sup> Von hier bis vel quinque fehlt bei β. <sup>134)</sup> α γ δ ε nye